М. Ю.

ВАРШАВСКІЙ
ГЛАВНЫЙ АРХИВЪ
ДРЕВНИХЪ АКТОВЪ

Залъ V.
Шкафъ 3. Полка 6.
№ 6.

Gangpfert dnia 20. Maja 1843.
a kopiuszet dnia 8 Czerwca 1843

Jakób Szybalski

M.
267.

Litteris R.A.

# ACTA
# INSCRÎPTÎONVM
## METRICES REGNI CAN-CELLARIAE MINORIS
REGNANTE
Serenissimo ac Potentissimo Principe Dno Dno
## IOANNE CASIMIRO
Dei gratiâ Rege Poloniæ Magno Duce Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ Mazouiæ, Samogitiæ, Liuoniæ, Smolenſciæ, Czerniechouiæque, nec non Suecorum, Gothorum, Vandalorúque, Hæreditario
REGE
ADMINISTRANTE
Illustrissimi & Rndmi in Christo Patris Dni
## ANDRÆ OLSZOWSKI
Episcopi Culmensis & Pomesaniæ Decani Cracouiensis &c. &c. Regni Vice Cancellary
NOTARIATUM
Generosi Laurenty Floszkiewic eiusd. Metrices Regni Cancellariæ Minoris Præfecti Sacræ Regiæ Mttis Secretary.
Amorum Christi Domini
1667. & 1668.

II

# In Arma Gentilitia Domûs OLSZOVIORum



Dum legis OLSZOWSKICH geminatas sub Cruce Falces,
Quid Falx bina notet? Quid Crucis Arma? rogas.
Una metit Lolium, quod CHRISTI sparsit in agris
Hostis, & in semen miscuit (Arte) bonum.
Altera Falx, Lauros, Oleas & fructus honoris
Martis in Campis ampla Trophæa metit.
Arescit Lolium post messem: sola virescit
Laurus: & in Signo crescit amœna CRUCIS.
Scilicet, à Zeli lolium consumitur igne.
A sudore Virûm Laurus honora vivet.

In Nomine Domini Amen.

# Auctè declarat & approbat Fundatiom Gnosus Berch PP. societ: Jesu

Joannes Casimirus Dei gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Liuoniæ, Smolenscia, Czernechoviæq; necnon Sueciæ, Gottorum Vandalorumque Hæreditus Rex

Significamus præsentibus literis Nostris quorum interest vniuersis & singulis. Quod coram Nobis, & Actis Metricis Cancellariæ Regni Nostri personaliter comparens Gnosus Vladislaus Franciscus Berch, Liuo Nobilis, Aulicus Noster sanus mente & corpore exns, recedendo à Foro suo quouis, & Jurisdictione competen, huic autem nostræ Jurisdictioni, quoad actum præsentem attinet, sese cum bonis suis incorporando & subjiciendo sponte, palam, libere ac verbis per expressum prolatis, recognitionis seu Inscriptionis suæ infrascriptum obtulit originale, manibus infrascriptorum Testium & sua subscriptum, atque sigillis consuetis communitum, petens illud suscipi & Actis præsentibus inseri, atque authentice extradi, quod iterato approbando recognouit. Cuius Inscriptionis tenor de verbo ad verbum descriptus sequitur estque eiusmodi. Ego Vladislaus Franciscus de Karmel Berch Liuo Nobilis Aulicus sacræ Regiæ Maiestatis Poloniarum, sanus mente & corpore exns, maturâque animi præhabitâ deliberatione, sponte, palam, libere ac verbis expressis recognosco. Quod cum ex Bonis meis hæreditarijs, seu eam Porrione, Donationem Ecclesiæ per desideratissimum olim, piæ memoriæ Parentem meum, in ysdem bonis Schenenbergk dictis exstructæ, pro fundis PP. Societ: Jesu, zelo cultus Diuini & propagandæ religionis Catholicæ Romanæ feci sem, atque eandem coram Sacra & Serenissima eadem Maiestate Regia & Actis Cancellariæ vtriusque Marois Regni & Magni Ducatus Lithuaniæ

de da

de data Varnaua Die 28ª mensis May Anno pxmè prætenito Millesi-
mo sexcentesimo Sexagmo Sexto, simul & Donationem Montis, cum omni
Iure meo quod antehac habui: in quo monte extructum est Templum, usque
ad fossam paludinosam (per quam hic Mons à secundo separatur) tendente
& domibus in eodem Monte ædificatis, ac alys in posterum ædificandis, in
forma Iuris plenissima recognouissem. Ita demùm, re bènè considerata, fun-
dis iisdem, monteque ipso toties reuiso & passibus remenso, Campum versus
Syluas iacentem & sesè protendentem ad scapulos seu signa Metalia, in ysdem
Syluis consulto & præmeditato animo adi dereeta, prædicta Eccleæ & Rndis
PP. Societatis IESU, illiquè Collegio, cui ex dispositione Reuerendi Patris Provin-
cialis Prouinciæ Lithuanicæ Iacobi Vgowski, eiusquè in Officio Successorum Provin-
cialium, hic mons cum Ecclesia fuerit applicatus, adjcio, addo, inscribo & re-
signo, perpetuo & irreuocabilis Donationis titulo, totumquè Ius meum proprie-
tatium plenum, & omne, ac hæreditatem vniuersam eiusdem Campi, usquè ad
positos eo fine scopulos & metalia signa erecta, in sæpefatos Patres Societatis
IESU Prouinciæ Lithuanæ adpræsens & in futurum existentes, illorumq;
Successores transfero & transfundo, perpetuum mihi, meisq; quouis Consanguini-
tatis, affinitatis aut cuiuspiam sanguinis vel coniunctionis prætextus gradu
Successoribus imponendo silentium, atque iisdem PP. Societatis IESU, in præ-
fatum Campum realem & actualem, cum pacifica possone do, trado & admit-
to Intromissionem. Præterea quod rusticus meus hæreditarius, vnum no-
mine Georgii Budki, non procul ab Aulâ habitantem, vti & agrum eius medio
Vnco Curlandico vt vulgò dicitur Stak constantem, agro Aulæ conterminum,
nec non alia quæ pro tunc in possone sua habet. Ac insuper alium rusticum in
Bonis Eckeri, quartam Partem Vnci vel mansi Curlandici tenentem, eâdem
Inscriptione meâ dedi, donaui, & inscripsi: sic adpræsens quoad primum rusti-
cum non procul ab Aula Schenenbergk habitum ratam & firmam habeo eam-
dem Donationem. Quoad secundum rusticum in Eckien degentem.
re penitius & accuratius perpensâ & incommoditate PP. Societatis IESU spe-
cata, quod minimum is Rusticus in Eckien procul à Templo Schenenber-
gensi & dictorum PP. habitatione sit dissitus, perexiguamquè agri Portionem
videlt Quartam Partem Vnci Curlandici possideat, commutationem commoda-
ris usus fructijs memoratorum Patrum ductus ratione (Rndo Patre Provin-
ciali ignosdemo Iacobo Vgowski, euidenter in melius bonum sui Ordis factum:

probante

prebante, in hitho & memorato Rustico in Bonis Eckren ad me, proponemque meam resumpto, eius loco alium nomine Petri Budki in Bonis Schoniemberyk Vicinum priori Gergio Budka, in ysdem bonis, Patribus donato, duplo maiorem agrum, quam ille resumptus à me rusticus, in Eckren colentem & possidentem videlicet medium Vncum Curlandicum seu Mansum, necnon alia omnia quæ pronunc in possone sua habet, prædictis Rndis PP. Societatis IESU, do, dono, atq; in perennem possonem trado, ita vt Rndi PP. Societ: IESU, duos Rusticos sibi conterminos Georgium & Petrum Budki, non procul ab Aula Schoniembergk habitantes, quorum quilibet medium Vncum siue Mansum Curlandicum possidet, perpetuo Iure habeant possideantq;. Proinde omni Iure meo, quod hactenus habui, ad prefatum Subditum Petrum Budki, ad terras, quas hactenus inhabuit & ad bona eius mobilia, me sponte pmuo & exuo, totumque Ius ac plenum transfundo in Patres Societatis IESU, Mudque Collegium, cui hæc Donatio mea ex ordinone Rndi Pris Prouincialis Prouinciæ Lithuæ fuerit applicata. Et vt maiorem iuxta desiderium meum præfati Patres habeant vtilitatem commoditatemque, ac contestandum quoque clarius affectum meum erga dictos Patres & studium nihil omittendi, quod in vtilitatem ac emolumentu dictorum Patrum, in bonis meis à me concedi potest, eisdem Rndis PP. Societ: IESU, illiusque Collegio, cui hæc Donatio mea, authe Rndi P. Prouincialis fuerit applicata, liberam, concedo, tribuo & impertior facultatem, fornaces ac Officinas pro exurenda & parandâ Calce, tum Laterificinas seu Officinas, pro lateribus ac tegulis in loco commodiori, vbi ipsis visum fuerit exhuendi, ædificandi & constituendi, lapides quoque seu Materiam frangendi & colligendi pro Calce, non solum in littore fluvij Nemenek, verum etiam in cæteris locis bonorum meorum hæreditt. Schenemberyk & Memel, si quibi eadem Materia lapidesque habiles inuenti fuerint, ac inueniri poterint; ad quas officinas pro succendendis formacibus, & parandâ Calce & lateribus tegulisque incisionem lignorum, in mea propria sylua, quotiescunque opus fuerit, liberam habebunt, citra meum aut alicuius alterius, meorum Successorum aut Tenutariorum bonorum meorum præpedimentum, quantum sufficiet & opus fuerit dictorum Patrum fabricæ & vsui. Porrò ad has fornaces & officinas tàm Calcis, quam laterum ac tegularum, nullus ex meis hæredibus successoribus, possessoribus, Tenutarijsque bonorum meorum, vllum Ius prætensionem habebit, nisi soli Rndi Patres Societ: IESU, ita vt omnis fructus & emolumenta horum formacium

&

Officinarum nulli cedant, praterquam prædictis Rndis PP. & contrauenientes Mille florenorum Polon. incurrant vadium, in quouis Iure ac Foro, adquiuis primam instantiam iudicarii factam à Rndis PP. in bona aurea vel argentea moneta numerandum. Item concedo eandem potestatem, auxgillam, vbicunque in dictis Bonis meis hæreditarys Scheniemberyk & Memel reperta fuerit, & quotiescunque placuerit prouisu ac vtilitate sæpefatorum PP. Soc: Iesu fodiendi, & ad suas vti præmissum est, officinas deuehendi, quod nullatenus impediam, Successores mei ac Tenutarij bonorum meorum, non impedire quouis modo, aut ratione tenebuntur, sub vadio supramemoratorum Mille florenorum. Ad hæc siquidem Summam Quatuor Millium Florenor. Polon. in Prædium Memel dictum ac Pagum Stigniani, ex qua Summa Census annuatim, ex ysdem bonis meis Memel & Pago stigniani pendi debet, idque in perpetuum singulis annis, pro Festo Natiuitatis S. Ioannis Baptæ, nimirum die vigesima Quarta Mensis Iuny, iuxta Calendarium Romanum inscripcam & ad presens in omni melior modo & Iuris via approbo, non secus, nisi vt inscripta est: cæterum adiecta melioratione, quodsi hancce Summam Capitalem Quatuor Millium Florenor. Polon. non tamen in currenti Moneta, sed in aurea vel argentea bona ipsemet ego superstes, ysdem PP. Soc: IESU extradere non valuero, vel post fata mea adhuc in superspecificatis bonis meis permanserit, extunc post fata mea successores mei & possessores ac Tenutarij eorundem bonorum, Censum annuum pro stato tempore, singulis annis per florenos sex, à quolibet Centum, in bona tamen aurea vel argentea moneta, non vero in Currenti minori quotannis, subnexibus & ligamentis antenotis Inscriptionis meæ soluere & ad manus Rndorum PP. Soc: IESU in monte suprascto existentium reponere, mediante manuali Quietone, debebunt, eruntque adstricti, & omnino tenebuntur. Similiter sexaginta modios frumenti duorum, in prosa mea Inscriptionis specificatorum, nimirum viginti modios hordei, viginti Auenæ & viginti Siliginis ad sustentationem eorundem Patrum & Familiæ ipsorum, ex bonis meis & Aula Schenemberyk quotannis pendi debitos possessores ac Tenutarij bonorum meorum Schenemberyk eadem Frumenta in Domum dictorum Patrum Soc: IESU penes Ecclesiam Scheniembergensem deuehere & perdere debebunt, sub vadio & mulcta Mille Florenorum Polonicalium, bonæ aureæ vel argenteæ monetæ numerandorum, quocunque tandem prætextu prædicti sexaginta modios frumenti boni & puri grani ex bonis meis Schenemberyk

pro termino primi Inscriptionis meæ præfixo extradere & deuehere teneantur.

Quod

Quod vacuum Stahm in primo quouis termino, sine vllis dilationibus & subterfugys Iuris, sub libera inequitatone in bona, prout Conditiones & ligamenta rationè Summæ Quatuor Millium florenorum Polonorum soniant, quæ pro violentia censeri non debet, ydem possores, hæredes, ac Tenutary bonorum meorum Schenembergk soluere, ac retenta frumenta omnia & singula, totaliter & plenarie reddere, ac deuehere tenebuntur, & ego quoad superstes ero in Dei nomine reddituum me obligo. In quorum omnium fidem præsentes manu mea subscripsi, & sigillo munivi manibusq; Illustrium virorum Dominorum Amicorum meorum subscribi curavi. Data Varsaviæ Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo 7mo die nona Mensis Januarij. Locus sigilli. Vladislaus Franciscus de Karmel Berch mpr. Locus sigilli. Gothardus Vilhelmus Vischer Consul Vlmen mpr. Locus sigilli Otto Ernst Baudring alls Zeugt. Locus sigilli. Jacobus Vischer alss Zeugt. Quarum eiusmodi præinsertarum Inscriptionem is idem Generosus Vladislaus Franciscus de Karmel Berch, Aulicus Nr, ad Acta præsentia Metrices Regni Cancellariæ Minoris porrigens & recognoscens iteratò manu sua propria subscripsit & extradi authenticè petyt. Vladislaus Franciscus de Karmel Berch mpr. Nos itaque supplicationi illius vti iustæ benignè annuen, præmissam Inscriptionem ad Acta præsentia susipi, ys inseri, atque Parti postulanti authenticè extradi mandauimus. In cuius rei fidem Pen sigillo Regni communiri iussimus. Actum Varsaviæ Feriâ secundâ post Festum SS. Trium Regum prædicta decima Mensis Januarij, Anno Dni Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Septimo. Regnorum nostrorum Poloniæ & Sueciæ Decimoseptimo Anno.

Relatio Illmi & Rndmi in Chto Pris Dni Andreæ Olszowski Epi Culmen & Pomesanien Decani Cracovien Vicecancellarij Regni.

# Plenipotentia vnblis Stanislai Lipski Reg. Canc. Reg.mi

Joannes Casimirus &c. Significamus &c.

Quod coram nobis & Actis Metrices Cancellariæ Regni Minoris personlr vp comparens Vrblis Stanislaus Lipski, Scholasticus Varsavien, Regens Cancellariæ Mtis Minoris Regni, suo & Consuccorum Vrblis olim Philippi

Lipski

Lipski Scholastici Gnesnen, Abbatis Vachocen nempè Gnosi Samuelis Ra-
uen Stanislauouen q anteced Canei Capitanei Patrui, Magnici Ioannis Al-
brachti Palatini Rauen, Venerabilis Constantini Decani Gnesnen, Gnosi
Ioannis Francisci Capitanei Rauen Lipskich fratrum suorum, pro quorum
ratihabitione cauet ac sese præsen inscribit · nominibus, sanus mente & corpo
re exns recedendo, à foro suo quouis proprio & quauis Iurisdictione sibi
competen, huic autem nostræ Iurisdictioni quoad actum præsentem attinet
sese subjaciendo & incorporando, sponte palam libere ac verbis expressis reco-
gnouit. Quia ipse in suum suorumque suprascriptorum Consuccorum, verum &
legitimum Plenipotentem Gnosum Lauentium Wilgotarski, presentem & id
onus in se libere acceptantem, elegit, constituit & ordinauit prout præsen ad
omnes generaliter & in specie singulas Causas & actiones, tam ex actoralibq
quàm reatibus in quouis Judiciorum & officiorum Regni Maioris & Minoris
subsellio, cum quibuscunque Personis, & occasione quarumuis rerum & pre-
tensionum interceden, specifice verò ad Causam cum Succonibus olim Magnici
Georgii Comitis à Tęczyn Ossolinski Supremi Regni Poloniæ Cancellarij eli-
git constituit, & ordinat. Dans & concedens eidem Gnoso Plenipotenti suo
Causas & Causam, in omnibus Judicys & officys promouen, defenden, Decreta
quæuis pro parte sua lata suscipien, ab onerosis & prægrauabilibus appellan,
pœnas Judiciarias leuiandi, de leuatis quietan, Intromissiones offerendi, aliis
Plenipotentes in locum sui substituen, cæteraque munia, vens & legitimis Ple-
nipotentibus de Jure seruien & incumben peragendi & exequendi. Cauens
insuper ac sese Pen inscribens, id totum quidquid per dictum Gnosum Ple
nipotentem suum factum, gestumue fuerit, pro rato & grato se suosque præfatos
Consuccessores susceptuum. Hac sua personali recognitione ad premissa mo-
ante, manu sua supta. Stanislaus Lipski Scholasticus Varsauien Regens
Minoris Cancellariæ Regni, Quam Nos ratam & gratam habere volen, ad
Acta præsentia suscipi, ys inseri, & Parti postulanti authentice extradi mandavi-
mus. In cuius rei fidem Pen sigillo Regni communiri iussimus. Actum Var-
saud. Sabbatho ante Festum Sanctæ Prischæ virginis & Martyris proxmo
Die Decima Quinta Januarij Anno Domini Millmo Sexcentmo Sexagmo Septmo.
Regnorum Nrorum Poloniæ & Sueciæ Decimo octauo Ao

Relas Illmi & Rndmi in Xto Pris
Dni Andreæ Olszowski Epi Posn.

Gnosus

# Donat Bona sua Gnosus Biskupski Illr.mo & Rn.d.mo Vice Cancellario Regni

Joannes Casiminus &c. Significamus &c.

Quod cum Gnosus Adamus Biskupski Capitaneus Vielunen, Oeconomg Noster Samborien, corpori æger, nobis humillimè supplicásset vt ad eum cum Actis Metrices Regni Cancellariæ Minoris, pro recognoscenda infrascrà Inscriptione Secretanium Nrorum mittere dignaremur. Nos eiusmodi supplicationi vti iustæ benignè annuentes, Gnosum Joannem Tanski Instigatorem Regni & Secretanium Nrum, ad eundem in hospitio suo niminum Lapidea Wolczynska nuncupata, in Platea Krzywe Koło dicta sita & iacen, Varsauiæ decumbentem misimus. Qui quidem supranomtg Gnosg Joannes Tanski Instigator Regni & Secretanius Noster, coram Nobis & Actis Metrices Regni Cancellariæ præfatæ Minoris, personaliter comparens, & Jus delegationis suæ restituens recognouit. Quia in præsentia eiusdem Gnosi Instigatoris Regni & Secretary Nrorum, & coram Actis prænemorata Metrices Regni Cancellariæ Minoris personaliter decumbens, idem Gnosus Adamus Biskupski Capitaneus Vielunen, & Oeconomus Noster Samborien, licet corpore æger mentis tamen & rationis optimè compos, recedendo à Foro suo quouis proprio & Jurisdictionè competenti, Juri autem Nræ Jurisdictioni, quoad hunc solum actum attinet, sese cum Bonis suis subjaciendo, non compulsus, nec coactus, sponte palam liberè, verbisquè per expressum & disertè prolatis recognouit. Quia ipse ea & singula Bona sua propria, Materna, mobilia & Immobilia, ad se Recognitum post Magnicum olim Gaspanum Zebrzydouski Castellanum Calissiensem, Jure naturalis succonis deuoluta, & per se recepta, vnmobilia videlicet medietatem Oppidi Jordanow dicti, & Villas Wysoka, Spytkowice, Maleiowa, Skawa, & Naprawa nuncupatas in Palatinatu Cracou sitas & iacen, cum omni eorum Bonorum Jure, dominio, proprietate, hæreditate, Jure Patronatus, & Parochos ad Eccleas ibidem in eisdem bonis exntes præsentandi, agris, pratis, campis

pascuis

pascuis, hortis, curijs, prædys, ædificijs, structuris, viretis, pinetis, rubetis, Syl-
uis, nemoribus, indaginibus, vepretibus, lacubus, stagnis, piscinis fluuijs,
fluminibus, Aquarum decursibus, torrentibus, riuulis, in iisdem Piscationi-
bus, molendinis, metretis, eorum mensuris, Tabernis, liquorum propinationibus,
apibus, apisterijs, mellificijs, subditis, Cmethonibus, hortulanis, inquilinis, eorun-
dem gazis, laboribus, Censibus, datijs, pensionibus, seruitutibus, angarijs, oneri-
bus, commodis, emolumentis, vtilitatibus, vsibus, fructibus, prouentibus, reditibus
cæterisque in vniuersum & in specie singulis attinentijs & pertinentijs eò antiqui-
tùs spectan, ità latè, longè, & circumferentialiter, prout eadem Bona in se, metis,
signis & limitibus, dislimitata sunt & continentur, & vt generalitas specialita-
ti, & è con nihil derogare possit, atque prout ipsemet Reuognoscens & sui An-
tecessores tenebant, habebant, possidebant & vtifruebantur, mobilia verò bona
in summa omnia & singula in Auro, argento, Clenodijs, Penistomatibus, pecunijs
pecudibus, rebus vtensilibus, & omni vniuersoq; Inuentario, ac suppellectili qua-
uis, in quacunque materia & forma extra, & quocunq; nomine & vocabulo
vocitata, necnon Iura & dispositiones, ad eadem Bona supraserta modo præmisso
pertinentem possessa, seruien, & concernen, iam ex nunc vero, puro, mero,
& irreuocabilis Donationis titulo, Reuendmo in Chro Pre Dno Andreæ Olszo-
wski Episcopo Culmensi & Pomesanico, Decano Cracouien, Vice Cancellario
Regni, vtriusque vens & Ums Succonibus, dedit, donauit, inscripsit, & resi-
gnauit, prout præfatis Insertionis vigore, dat, donat, inscribit & resignat, totum q;
& integrum Ius suum, & dominium hæreditariu, nihil sibi Reuognoscenti
suisque succedaneis posteris & hæredibus, Iuris prætextus, prætensionis actio-
nis, nominis, titulique hæreditary alicuius relinquendo, reseruando, seu
quouis modo excipiendo, in personam eiusdem Rndmi Dni Epi Culmen
& Pomesanie Vice Cancellary Regni, eiusque Succonum, ac in rem cedit,
abrenuntiat, transfert, transfundit, & deriuat perpetuò & in Aurum. Dans
& concedens plenam & omnimodam potestatem, supramemorato Rndmo
Dno Episcopo Culmensi & Pomesanie, Vice Cancellario Regni, illiusque
Succonibus, eadem bona omnia, mobilia & immobilia, tenen, haben, possiden
vtifruen, dan, donan, vendendi, alienan, commutan, cèden, resignan, locan, me-
horan, inque suos & Succorum quorumuis Succonum beneplacitos vsus pleno Iure
conuertendi & disponendi. In quo quidem Bona supraspecificata, realem &

effecti

effectuam cum actiali & pacifica possione per Ministerialem quemcunq; Regni Generalem & Nobiles duos, iuxtà Legum præscriptum, tempore quod sibi idem Reuerendmus Dnus Epus Culmensis & Pomesaniæ Vicè Cancellarius Regni elegerit & ipsi commodius visum fuerit exnunc & de facto liberè dat & admittit Intromissionem. Insuper idem Recogns Gnosus Capitaneus noster Vielunen Sæpefatum Rndmum Dnum Episcopum Culmen & Pomesaniæ Vicè Cancellarium Regni, & illius veros, ac legitimos successores, ab omni quamuis personarum consanguinitatis, affinitatis, & cuiusuis alterius conuinctionis gradu, sibi iunctarum, tùm & alianum quamcunq; omnium, è re & occasione eorundem præmissorum Bonorum (exceptis summis obligatorijs in ipsdem Bonis haren) in quocunq; Iudicionum & Officiorum Regni, maiori & minori subsellio, impetitione, hiere euincere, defendere & intercedere, indemnemq; prædictum Rndmum D. Episcopū Culmen & Pomesaniæ Vicè Cancellarium Regni, & eius Ilmos successores indemnes totes quotes opus fuerit, per omnes præsentes Terrestres, quibus perse, atq; suos successores abrenuntiatum esse vult, & ad præsens ipsdem abrenuntiat, reddere ac eliberare, idquè sub damnis Terrestribus. Proquibus Citatus, & eius Successores Citati, in Officio Castrensi Capitaneali Cracouien, in primo quouis termino, quem sibi, suisque successoribus præfigit & assignat, non obstantibus quibuscunq; tam suis, quam publicanum Regni legalitatum impedimentis, & exceptionibus, stare, comparere, ac eadem damna, sine quibuscunquè Dilationibus & Iuris beneficijs, ad primam & simplicem, absquè alia quauis Iuratoria, comprobatione, assertionem, in instanti soluere & omninò refundere, & nihilominus post solutionem & refusionem eorundem damnorum, Cuictionem omnimodam suis propriis sumptibus & impensis, eodem instanti, amputatis quibuscunq; appellationibus & earum prosecutionibus, alysq; omnibus Iuris beneficijs, inibidē coram eodem Officio Castrensi Capitaneali Cracouien præstare tenebitur, & omninò erit adstrictus, suiquè successores tenebuntur, & erunt adstricti, sese idem Gnosq; Recognoscens atquè suos Successores submittit & obligat. Aliàs in forma Dotalitiorum, Resignationis, Abrenunciationis & Cuictionis de Iure perfectissima. Hac eiusdem Gnosi Recognoscentis personali recognitione, quam manu suâ propriâ subscripsit, ad premissa mediante. Adamus Biskupski Vielunien Sambhorien Capitaneus. Quam eiusmodi facta & recognita per Gnosum Capitaneorum nrum Vielunen, in personam & rem Rndmi Dni Vicè Cancellarij Regni

Illiusq;

illiusquè Succonùm suprascronùm bonorum suorum Donationis Relationem Coram nobis idem Gnosus Instigator Regni fecit, atque eandem propriâ suâ manu subscripsit. Joannes Tanski Instigator Regni. Nos itaque exceptâ eâdem Relatione, præinsertam Inscronem firmam & ratam habere declaran? & volen?, illa? in Acta præsentia suscipi, iisquè inseri atquè authenticè extradi mandauimus. In cuius rei fidem præsen? Sigillo Regni comunniri iussimus. Actum Varsauiæ Fenâ secundâ prichè Festi Sanctæ Prischæ Virginis & Martyris, die Decima Septimà Mensis Januarij Anno Dni Millmo Sexcentmo Sexagmo Septimo Regnorum Nostrorum Poloniæ & Sueciæ Decimo Nono Anno.

Relatio Illrmi & Rndmi in Chro Pris Dni Andreæ Olszowski Epi Ppr.

# Porrigit & approbat Inscronem certam nob. Sack Vnbli Abbati & Contùii Nouæ Cellæ seruien?

Joannes Casimirus &c. Significamus &c.

Quod coram Nobis & Actis Metrices Regni Cancellariæ minoris personalr s.n. comparens, Nobilis Rudolphus à Sack in Mostichen, sanus mente & corpore exns, non compulsus, neque coactus, facto à se suoquouis proprio & Jurisdictione competenti recessu, se autem Jurisdictioni Nræ presenti, quoad hunc solum actum subyacen? & incorporan?, sponte palam, libere, verbisque expressis recognouit. Quia ipse Inscronem Cessionariam super Summas binas, Primam quidem Mille Ducentorum florenorum Polon?, ex originali Summa Quing? Millium Florenorum Polon? per olim Nobilem Balthasarum Brudzewski, Nobili olim Cuæ Brudzewskâ filiæ suæ, Nobilis verò olim Georgii Hundorff Consorti inscæ, prouenien?, tum & aliam Summam Trium Millium Floren? Polon? per prefatum Nobilem olim Balthasarum Brudzewski eidem Cuæ Hundorffianæ olim dicti Georgii Hunxdorff, cum olim Nobili Cuâ Brudzewska matrimonialr procreatæ filiæ, Neptiverò suæ recognitam, ac sibi quondam vigore Jurium suorum semien? coram Actis Ducatus Glogouien? Officiosè, in penoriam Vnblis Albeñi à Burgh? Sacri ord's Cisterc?ien? Monestery, Nouæ Cellæ in inferioni Lusatia Abbatis, totius q? Vnblis eius Contus, de actu in Curia Regia Glogouien?, Decimo quaeto Decembris

Mensis

Mensis Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo secundo, quemadmodum recognouerat, ita & ad praesens eandem Inscriptionem ad Acta praesentia suscipi humillimè supplicans transfert, & in omnibus illius punctis, clausulis, & nexibus approbat. Cuius verò Inscriptionis oblatæ tenor de verbo ad verbum descriptus sequitur estque eiusmodi. QQO Joannes à Banwitz Franciscus Liber Baro in Fehmemont & Schlawa, Dominus in Perlatte, Tonschy, Gulgenberg & Pnischkau Sacræ Cæsareæ & Per vrigantiam Bohemiamq; Regiæ Altiss Consiliarius Aulicus Bellicus, Generalis rei Tormentariæ Præfectus, Colonellus & Ducatus Glogouiensis Capitaneus, Plenipotentiariusq; hisce notum testatumque facio omnibus & singulis, quod coram me in Regio Iudicio personaliter compareant Nobilis Rudolphus à Sack in Mostichen & spontaneo motu ab omni Jure & Districtu suis propriis tanquam Summianum infrascriptum Jus quæsitum recesserit & recognouerit. Quia ipse Summas primam Mille Ducentorum florenorum polon, videlicet ex Summa originali Quinque Millium florenorum Polon provenientem per olim Nobilem Balthasarum Bnidzewski Nobilis olim Cuæ Budzewskæ filiæ suæ, Nobilis verò olim Georgii Hundorff Consorti, tum & aliam Summam Trium Millium florenorum Polon per præfatum Balthasarum Budzewski, eidem Cuæ Hondorffianæ olim Georgii Hondorff, cum olim Nobili Cuâ Budzewskâ matrimonialiter procreatæ Filiæ, Nepti verò eiusdem Balthasari Budzewski Actis Castren Posnanien insertas, adsoluendum pro temporibus certis, in Inscriptionibus duabus Anno & tempore eodemq; factis assecuratas, & per eosdem Hondorff, in personam Rudolphi Sack, cum eisdem originalibus Inscriptionibus omnibusq; earum contentis, nihil exindè sibi suisque Successoribus reseruando & excipiendo, in personam Perillis & Andm Alberici à Burghoff Sacri Ordis Cisterciensis Monasterij, nouæ Cellæ in inferiori Lusatia Abbatis, Sacræ Theologiæ Doctoris, totiusque venerabilis eius Conuentus nunc & pro tempore existentis sibi totaliter & plenarie ære suo proprio persoluen, totaliter cum omni Jure suo ad infrascripta habito cessit, contulit, transposuit & transfudit, prout tam ex nunc cedit, confert, transponit & transfundit actui presenti. Dans & concedens ipse plenariam facultatem & omnimodam potestatem, Summas eandem supranominatas, in eum transfusas, Jure & debitâ eius viâ adeundi, citationes & actiones, ad eas instituendi, eas promouendi, Processus quosuis intimandi & ad debitum usque finem adducendi, ac id quod Juris est, prout Jus & ratio dictat Regni Polonici faciendi & peragendi. Hac suâ recognitione ad præ-

missa

missa mediante. In quorum fidem sigilli Regii mihi concrediti impressione, meaq; manus subscrone has literas communiui. Actum in Curia Regia Gtogouiensi Decimo Quarto Mensis Decembris Anno Millmo Sexcentmo Sexagmo Qdo J. Franciscus à Bamitz liber Baro in Fernemori & Schlaua. Locus sigilli Regii Ducatus Gtogouien. Hanc itaque prœinsertam Insronem Cessionariam in toto approbauit & manu sua propria subscrit. Rudolphus à Salk. Quam Nos ratam & firmam habere volen, ad Acta pSentia suscipi, iis inseri, & pacti postulanti authentice extradi mandauimus. In cuius rei fidem &c. Actum Varsauiæ Feria Secunda prid. Festi Sanctæ Prischæ Virginis & Martyris Die Decima Septima Mensis Januarij Anno Dni Millmo Sexcentmo Sexagmo Septimo Regnorum &c. ut supra.

Relatio Illmi & Rndmi in Chro P. Dni Andreæ Olszowski Pcis Pcis.

# Donat Bona sua omnia Gn Biskupski Rndmo Dno Vicecancellario Regni

Joannes Casimirus &c. Significamus &c.

Quod cum Gnosus Adamus Biskupski Capitaneus Vielunien, Oeconomus Nr Samborien, corpore æger, Nobis humillime supplicâsset, vt ad eundem cum Actis Metrices Regni Cancellariæ Nræ Minoris prorecognoscenda infrascra Insrone Secretarium unum mittere dignaremur. Nos eiusmodi supplicationi, vti iuste benigne annuen, Gnosum Joannem Tanski Instigatorem Regni & Secretarium Num, ad eundem in Hospitio suo nimirum Lapidea Wotczynska nuncupata, in Platea Krzyzowe Koto dicta Varsauiæ sita & iacente, decumbentem misimus. Qui quidem Gnosus Joannes Tanski Instigator Regni & Secus Nr, coram Nobis & Actis Metrices Regni Cancellariæ præfatæ Minoris personaliter comparens, & Jus delegationis sua restituens recognouit. Qua in præsentia eiusdem Gnosi Instigatoris Regni & Secretary Nri, & coram Actis præmemorata Metrices Regni Cancellariæ Minoris personaliter decumbens idem Gnosus Adamus Biskupski Capitaneus Vielunien & Oeconomus Noster Samborien, licet corpore æger mentis tamen & rationis optime compos, recedens

a sese

foro suo quouis proprio, & Iurisdictioni sibi competenti posthabitâ, huic aũ Nostrâ Iurisdoñi, quoad solum hunc actum attinet, sese cum bonis suis subjaciendo & incorporando, non compulsus, nec coactus, sponte, palàm, libere, verbisq; diserris & per expressum prolatis recognouit. Quia ipse bona sua, omnia & singula, hereditaria, propria, ac titulo & Iure quouis acquisita, mobilia & immobilia, nempe Oppidum Kempno cum adiacentys & villas Mianowice, Osinin, Laskowy & Rzepnia in Terra Vielunen, Rusocice, Polichno, Miedzilesie, Skarbki, Kuny, Tuny, Pieronow, Kamionka, & Matyszyna dictas, in Palatinatu Calis: sien sitas & iacen, cum omni eorundem Bonorum Iure, dominio, proprietate, hereditate, Iuribus Patronatus, & Pawchos ad Ecclesias ibidem, in ysdem bonis exntes presentandi, agris, pratis, campis, pascuis, hortis, viridaryjs, lunjs, predijs, ædificijs structuris, domibus, Mansionibus, sylvis, pinetis, nemoribus, virgis, rubetis, indaginibus, vepribus, apibus, apisterijs, mellificijs, stagnis, piscinis, lacubus, flumijs fluminibus, aquarum decursibus, torrentibus, riuulis, in ysdem piscationibus. molendinis, metretis, eorum mensuris, tabernis, liquorum propinationibus, subditis, Cmethonibus, hortulanis, inquilinis, eorundem gazis, laboribus, censibg datys, pensionibus, seruitutibus, angarijs, oneribus, commodis, emolumentis, vtilitatibus, vsibus, fructibus, prouentibus, reditibus, cæterisque in vniuersum & in specie singulis attinentys, adiacentys & pertinentys, ad idem Oppidum & prælatas villas, eò antiquitùs spectantes, ita latè longè & circumferentialiter, prout eadem suprascripta bona in se signis, metis, scopulis, granicièbus & limitibus dislimitata sunt & continentur, & prout ipsemet Gnosus Recognoscens, atq; sui Antecessores tenebant, habebant, possidebant & vtifruebantur, ac vt generalitas specialitati & è contra nihil derogare possit: Mobilia autem bona in auro argento, clenodijs, summis pecunianys paratis, & pervquascunque personas in quibuscunque bonis & quacunque ratione asseuratis, ac quouis Iure ad soluendum insons prouenien & semien, penstromatibus, aulæis, tapetibus, sericis, vestibus, vestimentis cuiusuis materiei & formæ, pellibus, pellicen, panthernis, zebellinis acquocunque nomine vocitatis, armaturis, picturis, pecoribg pecudibus, equis, equicijs, rhedis, curribus, rebus vtensilibus & omni ac vniuerso Inuentario, suppellectilibg quauis domestica, in quacung materia & forma ac specie existentia, necnon quocung nse, titulo & vocabulo appellata, Insuper Iura omnia Insorones, Cessiones & quasuis recognitiones atg; dispositiones expressas & inexpressas, ad eadem supraspecificata bona credita & summias sibi Recognoscenti debitas & obligatas, semien & eadem afficien, tam ex nunc

vero

vero, puro, mero & irrevocabilis Donationis titulo Rndmus in Chro Patre Dno Andrea Olszowski Episcopo Culmensi & Pomesaniæ Decano Cracoú Vice Cancellario Regni, eiusque vens & ltmis Succoribus dedit, donauit, inscripsit & resignauit, prout presentis Inscronis vigore, dat, donat, inscribit, & resignat, totúg3 & integrum Ius suum & dominium hæreditarium, nihil pro se suisque succedaneis posteris, Iuris, prætextus, prætensionis, actionis, nominis, titulique hæreditarij aut alicuius suis relinquen reservian & excipiendo, in personam eiusdem Rndmi Dni Episcopi Culmensis & Pomesaniæ, Vice Cancellarij Regni eiusque Successum, ac in rem eorundem cedit, abscedit, transfert & abrenuntiat perpetuo & in Perum. Dans & concedens omne Ius, supramemorato Rndmo Dno Epo Culmen & Pomesaniæ Vice Cancellario Regni, illiusque Successibus, eadem bona omnia in summa & genere, ac in specie singula, nullis penitus, quæ reperiri potennt exceptis, ad: presens per se Recognoscentem Bonata, inscra & cessa, tenen, haben, possiden, vtifruen, locandi, meliorand, dand, donandi, vendendi, alienan, commutandi, cedend, resignandi, inque suos & suorum quorumuis Successum, beneplacitos vsus pleno Iure conuertendi & disponendi. In quæ quidem Bona supraspecificata, realem & effectuam, cum actuali & pacifica possone, per Ministerialem quemcung3 & Nobiles duos iuxta presentium Legum, tempore quod sibi idem Rndmus Dnus Epus Culmen & Pomesaniæ Vice Cancellarius Regni elegent & ipsi commodius visum fuerit exnunc & de facto libere dat & admittit Intromissionem. Præterea de omni & integro, cum Thesauro Nro, ratione Bonorum Oconomicæ Nræ Samboner administrationis per se Recognoscentem & suos alios in eodem Nro Contractu specificatos Consortes, imito Contractu, sibi & Successibus suis semien, ac de vltius odbg & singulis punctis, articulis, condonibus, nexibus, ligamentis & clausulis in rem suam factis, conclusis, & inscriptis idem Gnosus Recogns, nihil pro se ac suis succedaneis reseruando & excipiendo, in rem & personam sæpenominati Rndmi Dni Episcopi Culmen & Pomesaniæ Vice Cancellarij Regni cedit, abscedit abrenunciat, transfert, transfundit, & deinuat, ad haben tenen, possiden vtifruendum, inque suos beneplacitos vsus pleno Iure conuerten & disponendum alias in forma Donationis, Cessionis, resignationis, & abrenuntiationis de Iure plenissima & perfectissima. Hac illius personali recognitione ad præmissa mediante, quam manu sua propria subscrit. Adamus Biskupski Vicelun Samboner Capitaneus. Quam eius modi facta & recognita per Gnosum

Capitaneum

Capitaneum Nnum, Vrelunen, in personam & rem Rndmi Dni Vicecancellarij illiusque Successorum suprascriptorum, bonorum suorum Donationis & de Contracti illiusque contentis Cessionis, relationem, coram nobis idem Gnosus Instigator Regni fecit, atque eandem propria sua manu subscripsit. Joannes Sanski Instigator Regni mpr. Nos itaque exceptam relationem suprascriptam, premissam Inscriptionem firmam & gratam habentes ac haberi volen, illam ad Acta presentia suscipi & inseri atque authentice ex ipsorum extradi mandauimus. In cuius rei fidem &c. Actum Varsauie Feria Quinta ipso die Festi Sanctorum Fabiani & Sebastiani martyrum Die vigesima Januarij Anno Dni Millmo Sexcentmo Sexagmo Septimo Regnorum Nostrorum Poloniae & Sueciae Decimo Nono Anno.

Relatio Illmi & Rndmi in Chro Patris Dni Andreae Olszewski Epi Culmen & Pomesanie & Decani Cracovien Sae. Vicecancellarij Regni.

# Submittit se Inscriptiones recognituram Rndmus Dnus Vicecancellarius Regni

Joannes Casimirus &c. Significamus &c.

Quod coram nobis & Actis Metrices Regni Cancellariae Nrae Minoris personaliter comparens, Rndmus in Chro Pr Dnus Andreas Olszowski Epus Culmensis & Pomesaniae, Decanus Cracovien, Vicecancellarius Regni, sanus mente & corpore exns, recedendo a quouis propriis suo foro, & Jurisdictione sibi competenti posthabita, se autem presenti Jurisdictioni Nrae, quoad hunc solum actum attinet, incorporando, palam, sponte, libere, ac verbis disertis recognouit. Quia ipse in & super bonis suis Villae Russocice dictae in Palatinatu Callissien sitae & iacentis, per Gnosum Adamum Biskupski Capitaneum Vrelunensem & Oeconomum Nnum Samborien, sibi suisque successoribus sub actu diei hodiernae, coram nobis & Actis praesentibus Jure perpetuo & irrevocabilis Donationis titulo, donatis & inscriptis, Censum annuum, Septuaginta florenorum Polon, a Summa Originali Mille Ducentorum florenorum Polon in vim Reemptionis, als na Wyderkauff ad Ecclesiam Parochialem in eadem villa Russocice dicta consisten, pro die & Festo Sancti Martini

&.

tini Pontificis & Confessoris, singulis annis, sub vigore legibus Regni desuõ
soluendum Vnbli Parocho eiusdem Eccle&, nunc & pro tempore exnti, pro fouendo
& alendo nouo Sacerdote, iuxtã dispositionem sui Recognoscentis faciendam, co-
ram quibuscunque Actis Regni authenticis inscriptum, & pro tempore prefixo
se suosque Succores solutum, submittit & obligat perpetuis temporibus. Sum
& aliam super Summiam Viginti Millium florenorum Polon Gnos —— Orie:
cki Palatinatus Bresten in Cuiauia Vexilliferi ex Gnosa olim ——
Biskupska Consorte illius vtmã filys & filiabus procreatis, prefati vero Gnoñ
Adami Biskupski Capitanei Vielunen & Oeconomi Nri Sambonen ex sorore Ne-
potibus, ex bonis Russocice, Polichno, Miedzilesie, Skarbki, Kuny, Tuny, Pierono,
Kamionka & Matyszyna nuncupatis, in Palatinatu Calissien sitt & iacen
officiosam Inscriptionem, coram quibuscunq similiter Actis Regni authentuis, reco-
gnitum se, atque eandem Summam Viginti Millium floren polon, sese suosq
Succores, de bonis ysdem soluturum & mediante quietatione repositum submit-
mittit, inscribit & obligat, idque sub vadio Similium Summarum, vnius quidem
Mille Ducentorum florenorum Polon, altenus verõ Viginti Millium Floren Polon
casu non recognitæ eiusdem Inscronis, in & coram Officio Castren Capitaneali Ca-
lissien, in primo quouis termino, quem sibi suisque Succoribus peremptorium as-
signat ad primam requisitionem succumbendo. Et nihilominus post repositio-
nem & solucionem Vadij prouiuslibet Summæ rãone, easdem Inscriones reco-
gnoscere tenebitur & illis satisfacturum se, suosque Succores submittit & obli-
gat. Alias in forma submissionis & obligacionis de Iure plenissima. Hac suã
personali recognitione, quam suã propriã manu subscript, ad premissa media-
ante. Andreas Olszowski Epus Culmensis & Pomesanie Vice Cancellarius
Regni. Quam præinsertam Obligationem & submissionem, Nos firmam &
ratam habere volen, eam ad Acta presentia suscipi, ysque inscribi & authenti-
ce ex ysdem extradi mandauimus. In cuius rei fidem &c. Actum Varsauie
Fenã Quintã ipso die Festi Sanctorum Fabiani & Sebastiani Martyrum Die
vigesimã January Anno Dni Millmo Sexcentmo Sexagmo Septimo, Regno-
rum Nostrorum Polonie & Sueciæ Decimo Nono Anno

Relatio Illmi & Rndmi in Chro Pris Dni
Andreæ Olszowski Epi Culmensis & Po
mesaniæ Decani Cracovien &c. Vice Can
cellary Regni.

Testa

# Testamentum Famatæ Emerencianæ Zaleska

Joannes Casiminus Zfo Significamus Zfo.

Oblatas Nobis esse literas papyraceas Testamenti infrascri, manibus infra- Zs.
nominatorum Testatricis & Testium subscras, sigillisque quatuor communitas
sanas, saluas & illæsas omnique suspicionis notâ carentes. Supplicatumq;
Nobis est vt easdem ad Acta præsentia Metrices Regni Cancellariæ nre minoris
suscipi, eisdemque inseri mandare dignaremur: Quarum quidem literarum ea
est series verborum, quæ sequitur in tenore infrascro. W Imię Oyca Syna y
Ducha S. w Troycy Swiętey Jedynego, mech się stanie ku wieczney pamięci ma-
Ja Emerenciana Sarnecka Zaleska Rayczyna Starey Warszawy, wiadomo
mo czynię y zeznawam tym Testamentem moim y ostatnią wolą moią ko-
muby o tym wiedzieć należało. Iż ia wiedząc o tym dobrze, że każdy czło-
wiek, ktory się na ten Swiat mizerny rodzi, umierać musi, tego tylko wiedzieć
niemożemy ktorego czasu, dnia, godziny y momentu, bieg życia skończy y
nieuchronną kosą swą smierć nieuzyta nam złozy. Bo ta zwykła na ludzie
dybać y wzapamiętałość rozum ludzki przywodzić zwykła. Przeto ia iusz
więcey niż rok alteratie zdrowia mego maiąc w Warszawie, a dla vstawicznych
kłopotu frasunkow, iako vboga Wdowa Sierota pozostała, po mitym Małżonku
moim, za długi nieboszczyka Małżonka mego, o ktorych nie wiedziała nay-
bardziey prześladowana od Pa Madelskiego niesłusznie, ktory mnie nie iako kmia
y powinowactwem związany, ale iako cudzy y nieznaiomy, przywodząc do
Przysięgi, mnie zdrowia mego viął y dziatki Sieroty do ostatniey ruiny przez
Prawo przywodzi, Ktorego przez miłosierdzie Boże proszę, aby na małe Sieroty
moie pamiętał, spodziewaiąc się nasię tegoż zniebia poselstwa y zawołania zwy-
roku Boskiego przed Trybunał swoy straszny, przed ktorym ia y oni niepochy-
bnie stanięmy, Przepuszczam mii dla vkrzyżowanego Pana, wszytkie vrazy
moie z serca, zadnego nie mam niezostawuiąc sumnieniu scrupułu; a onego
też wzaiem proszę, aby mi iako swoy moie Białogłowskie gniewy y niecier-
pliwości wstrzechach przebaczyć raczył. Duszę moią Stworcy memu wrzie rękę
Swiecie polecam. Ciało moie grzesznie ktore z Ziemi wyszło y znowu się ziem-
mi wracać będzie, podług zwyczaiu y obrzędow Kościoła powszechnego Ka-
tholickiego Rzymskiego iak najprzystoiniey, nigdzie indziey tylko w Warsza-

wie

wie w Kosciele Oyców Dominikanow pochowane ma bydz. Ktorym leguiż y za-
pisuiż złotych Piecseth, aby za Duszę moiey Matzonki mego Pana Boga pro-
sili, à te pieniądze maią bydź oddane z Części na mnie należącey. Ney Má
Paniey Paszkiewiczowey Namilszey siostry moiey proszę aby Pogrzeb Ciatu me-
mu według stanu mego przystoynie był sprawiony, bez zadnych Pomp swe-
ckich, naktory leguiż y na insze za duszę moię Expensa złotych Tysiąc. Ten ma
bydz wzięty, część co należy z Srebrá na moię stronę, które Srebro w Zamku
Warszawskim w sklepie schowane podczas Powietrza, a to srebro ma bydz
przy Paniey Paszkiewiczowey siestrze moiey, dotąd aż oddadzą wszytkie koszt
y na moie pohzeby wydane; osobliwie długu zkodzony pozyczony od bytnosc
iey w Warszawie złotych Trzysta, a złotych Trzysta także na pohzeby moie y
w chorobie na lekarstwa y Doktory, podczas mieszkania mego w Brzozowey po-
zyczyłam. Z tych reszty kilkadziesiat złotych co się zostanie na Trzeczimy za-
raz do Kościołow rozdac. Zostawiam y Jeśmć Xdzá Andrzeia Szmélá Wi-
kariego Swiętoianskiego, Miedniczę z nalewką srebrną, w Interessie należącym.
Z tych Trzy Tysiące pozostałe, po Matzonku moim P. Stanisławie Zaleskim Kaj-
cy Warszawskim, przez wszytkie lata niezgodne z Dziatkami memi będąc
wziętam na wychowanie swoie, które iedne stawiłam drugie na Prawo także
z P. Madelskim, iako y z innemi dłużnikami y na publiczne podatki, także
ratuiąc stabe zdrowie moie, wydałam. Z tych Tysiąc które mi się po Rodzo-
nym moim P. Thomaszu Saneckim Burmistrzu Warszkim, iako y drugim si-
stronie mowi dostało. Z tych pozyczyłam Jeśmi Panu Woyciechowi Laskowskiemu
Sekretarzowi Krola Jeśmći, Czerwonych złotych Osmdziesiąt, które były oddał na
te moie legowane potrzeby wielce proszę. A że za Duszę Niebká Brata mego
nie przyszło mi nic czynic, tedy wszytkie Dobra należące w Warce na Części mię
przypadłe, Kościołowi Farskiemu, gdzie Ciało Rodzonego mego lezy; do tego
z tych pieniędzy z Jeśmć P. Laskowskiego, skoro odda, na Mszę S. tak do Fary ja-
ko Oyców Dominikanow y inszych Kościołow w Warce proportionaliter złotych
Sto leguiż y zapisuiż. A że Nieboszczyk Matzonek moy Bracią swoią, Jch M
M PP. Zaleskich w potrzebach ich często ratował y własne swoie na Części ich
dawał pieniądze, iako y Niebk P. "Wojciech" Zaleski przy smierci dług pewny mnie zo-
stał, co się pokaże Regestrami y pismem, do tego Dziatki moie należeć ma-
ią. Pieniędzy też po Matzonku moim nad te Trzy Tysiące pomienione, kto-
rychem stawiła y na Prawo dozyła, z innemi Expensami wiecey niebyło, bo
z tymi ludźmi porospozyczał y na Arendy dając stracił. Miedź, Cyná

według

według Inwentarza y wszytkie sprzety pozostałe, iako y to com przyczynił a po Małzonku moim, Dziatkom moim należą. Czeladzi moiey aby było wszytko poptacono z Części moiey y długi według Regestru ręką moią podpisanego poptacic. A ieżliby P. Bog dziatki moie, wleciech niedorostych z tego Świata wziąc y powołac do Chwały swey Świętey raczył, tedy wszytkie dobra moie ruchome y leżące, srebro, złoto, y wszytko odmałá do wiełá, oddalaiąc Krewnych y bliskich moich od nich y nikomu nic niezostawuiąc, Siestrze mey naymilszey Panney Annie Paszkiewiczowey lęguię y wieczemi czasy daię: Kładąc na Ich MMnaów obudwu Małzonkowtę obligę aby za Dusze nasze Kościołom, Szpitalom y vbogim dobrze czynili. Do ktorey to dispositiy y ostatniey woli moiey przy rozumie y pamięci z łaski Bozey zdrowey, niemogąc się doczekać, za częstokrotnym pisaniem moim JC MPa Jerzego Paskiewica Sekretarza JCKMći Szwagra mego, ktory dotychczas z Wielmoznym JC MPanem Podkomorzym Koronnym, przyopasanych nieprzyiaciot, Grodzinskiey zostaie Fortecy, vzytam y vprosztam y vprosztam IchMMPP. Przyiaciot Sąsiad Naszych Woiewodztwa Podlaskiego, mianowicie JC MXdzá Martina Mocarskie Plebana Brzozowskiego Spowiednika mego y IchMMPP. Appolona Mokrzeckiego Cześnika ziemie Bielskiey y Iana Miastkowskiego, aby do tego Testamentu mego, niczym niewątpliwego, przy Pieczęciach zwyktych ręce swe podpisac raczyli. Dziatki moie małe Sieroty w Opiekę y w dozor JCSnie moiey Rodzoney JEy Mći Panney Annie Sarneckiey Paskiewiczowey tak z Częścią Dobr mnie należącą iako y natych Sierot przychodzącą oddaię. Za Opiekuny ostatmą wolą moią nazniaczam y wielce vpraszam Wielm JCMći PXsto: wica Pisarza WoXLith. Starosty Grodzinskiego y JCMPa Jerzego Paskiewica Sekretarza JCKMći Pana Szwagra mego, aby oni tych Sierot pozostałych w osobliwey swey Panskiey opiece y protectyi mieli, krzywdzic ich niedopuszczali y onych radą y pomocą we wszytkim byli. Wiedząc o tym że zaten pobozny oswiadczony Sierotom affekt, sam Naywyższy hoyną odpłacac będzie znieba nadgroda. Za Executorow Testamentu tego vpraszam JCMPa Szymona Staniewica Vice Instigatora WoXLith. Woyta Starey Warszawy Sekretarza Zwola JCMći y JCMPa Sebastiana Szelerta Ławnika Starey Warszawy, po kto: rychem doznawałá osobliwey łaski y miłosci w swoim Sierocstwie, aby się wszytkim ley ostatniey woli moiey dosyc stało, Do ktorey y Regestru osobliwego własną moią podpisuię się ręką. Dan w Brzozowey Piątego Dnia Kwietnia w Roku Tysiąc Szescsetth Szescdziesiąt Pierwszego. Miejsca Czterech Pieczęci.

Eme

Cmerenciana Zaleska Rayczyna Starey Warszawy. Vstnie proszony Pieczᵍ
tarz Xdz Marcin Moczarski Plebani Brzozowski. Vstnie proszony Pieczstarz
Appollo Mokrzecki Czesnik Ziemie Bielskiey ręką swą podpisuiᵍsiᵍ. Na vstną
y oczywistą prozbę wtym Testamencie osoby mianowanej proszony Pieczstarz
Jan Miastkowski ręką moią własną. Cui quidem supplicationi vti iustæ benig
nè annuen, preinsertus suprascń Testamenti tras, ad Acta presentia Metrices
Regni Cancellaniæ nræ Minoris suscipi, ys inseri, & parti postulanti authentiè
extradi mandauimus. In cuius rei fidem &c. Actum Varsauiæ Sabbatho
in Crastino Festi Sanctæ Agnethis virginis & Martyris Dnè vigesimâ secundâ
Mensis Januarij Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagmo Septimo.
Regnorum nostrorum Poloniæ & Sueciæ Decimo Nono Anno.

Relatio Illmi & Rndmi in Cstto Pris Dni
Andreæ Olszowski Epi Culmen &c.

# Ordinatio Præsidis & Consiliariorum Districtus Piltensis

Joannes Casimirus &c. Significamus &c.

v.D. Productas coram nobis & Actis Metrices Regni Cancellaniæ nræ Minoris fuisse tras infrascras, manu nra Regia subscras & sigillis binis Minoris Regni & Magni Ducatus Lithuaniæ Maiorisq Cancellarianum communitas, Ordinationem Præsidis & Consiliariorum Districtus nri Piltensis in se continen papyraceas, sanas, salvas & illæsas, omniquè suspicionis notâ carentes. Supplicatumquè nobis vt easdem ad Acta præsentia suscipi, in eadem inscribi, & inseri mandarè dignaremur. Cuius verò Ordinationis Iudiciorum Præsidis & Consiliariorum Terrestrium præfati Districtus Nostri Piltensis, est tenor de verbo ad verbum de scriptus, sequiᵗᵘrq eiusmodi. Joannes Casimirus Dei gratia REX Poloniæ, Magnus DUX Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masouiæ, Samogitiæ, Liuoniæ, Smolensciæ, Cemechouiæq necnon Sueciæ, Gothorum, Vandalorumq Hæreditarius REX. Vniuersis & singulis quorum interest, præsertim verò Gradus Districtus Nostri Piltensis Consiliarys Terrestribus, totiq Nobilitati

